

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

maluerunt hoc loco significare spectaculum triste ludibrii & afflictionis Christianorum in hoc mundo, coram hominibus & Angelis. Quæ sane ab his, quæ sequuntur, non videntur abhorrere. Id Paulus ergo dicit: Apostolos esse novissimos, seu extremæ sortis homines, quales ii sunt, quos iudex morti jam adjudicavit. Deum enim, cum spectaculum facturus esset mundo, Apostolos produxisse, quorum miseriam & Angelis & homines cum admiratione adspiciunt, non secus ac olim miseri in theatricis spectaculis leonibus, ursis, aliisque bestiis objecti, ad risum nonnullos, ad commiserationem alios commovebant; Ita fideles illi Ecclesiarum ministri tyranorum libidini & mundi ludibrio expositi risum excitant apud multos inter homines, commiserationem certè apud Angelos bonos, & qui naturam eorum imitantur, homines pios; ut hic habet *Baldwinus*. De Angelis malis videtur loqui, quia in hoc teatro cum Spiritibus malis lucta nobis est. Nonnullis tamen placet de bonis intelligere, quia illi spectatores sunt certaminis, & constantiæ nostræ testes, de qua etiam ipsi latantur.

- “ v. 10. Ἡμεῖς μωροὶ καὶ χεῖροί.
- “ Nos Evangelii causâ quotidie ut stulti videmur V. Act. XXVI.
- “ 24. supra I. 25.
- “ Ἡμεῖς ἰσοδομοὶ ἐν χεῖρῃ.
- “ Vos eruditionis nomine vosmet jactatis, id quæ in Christo, id est, in ejus Ecclesia. Vide quæ dicta Rom. IX. 3.
- “ Vox Christi non Metonymicè pro Ecclesia, sed propriè accipienda. Prudentia enim, quam jactabant, in Christo, seu spiritualis erat secundum ipsorum persuasionem.
- “ Ἡμεῖς ἀδυνεῖς.
- “ Miseri afflicti: מְשִׁימִים Vide supra I. 27. II. 3. Rom. VIII. 27.
- “ & ibi dicta.
- “ Ἡμεῖς ἰσχυροί.
- “ Pontentes. Vide supra I. 27.
- “ Ἡμεῖς ἐνδοξοί, ἡμεῖς τε ἀΐμιοι.
- “ Vos magnifici Vide Luc. VII. 25. Verti sic solet מְבָרִימִים & מְבָרִימִים. Nos despecti ut Matth. 7. XIII. 27. Marci VI. 4. נְקִלִים
- “ Quod opponitur ἐν τῆσιν Esaiæ III. 4. & ἐνδοξοῖς I. Sam. XVIII. 23